

suscipi secundum gradus paenitentiae constitutos.

ETSUBSCRIPSERUNT·XVIII.

EPISCOPI QUI IN EODEM CONCILIO CONUENERUNT.

VITALIS ANTIOCHENUS.

Marcellus. Anquiranus. Atocolaus. cesariensis.

Lupus. detarso. Basilius. amnensis. Filadelfius.

elopolitanus. Eustolus. nicomedensis. Heraclius.

telonensis. Petrus. Iconensis. Nunechius. Laodicensis.

Sergianus. antiochensis. Epidaurius. pisidiensis.

Narclissus. pergensis. Leontius. nerodianensis.

Longinus. dicationensis. Acfeon. alfios. Selaos. germanos.

EXPLICIUNT CANONES CONCILII ANCYRANI.

INCIPIUNT CANONES CONCILII

NEOCE^{SA}RIENSE.

INCIPIT REGULA EPULATAE

insynodo neo cesariensi numero. XIII. & haec regulae

postea quidem probante esse quae apud ancyram uel

cesariam expositae sunt. sed necis anteriores repperiuntur.

DE PRESBYTERIS QUI UXORES ACCEPERUNT

UEL FORNICATI SUNT.

Praesbyter si uxores acciperit ab ordine deponatur.

si uero fornicatus fuerit aut adulterium perpetrauerit

amplius pellidebet & ad penitentiam redigi.

DE HIS QUAE DUOBUS FRATRIBUS

NUPSERINT UEL QUIDAM SORORES

UXORES ACCEPERINT

II **M**ulier si duobus fratribus nupsert abiciatur usque
ad mortem. uerum tamen in exitum propter misericor-
diam. si promiserit quod facta in colomis huius coniunc-
tionis uincula dissoluat fructum paenitentiae consequatur.
Quod si defecerit mulier aut uir in talibus nuptiis difficilis
erit penitentiae. multa per manenti.

DE MULIERIBUS.

III **D**e his qui plurimas nuptias incidit & tempus quidem
pro finitum manifestum est sed conuersatio eorum
& fides tempus adbreuiat. **DE HIS QUI PRO**

PONENTES FORNICARI DECIANTUR

III **S**i quis mulierem concupiscens proposuerit cum ea concubere
& cogitatio eius non perueniat ad effectum apparet quod
a gratia liberatus sit. **DE CAECCUMINIS**

PECCANTIBUS.

V **C**ate cum inuisum ingrediatur ecclesiam & in ordine eorum
qui instruuntur adsistat. hic autem de phenisus fuerit
peccans si quidem genua flectit audiat ut non delinquat
ulterius si uero & audiens peccauerit expellatur.

DE CAECCUMINA PREGNANTE

VI **G**rauidam oportet baptizari quando uoluerit nihil enim
in hoc quaeritur nascente communicat. propter quod
unius cuiusque suum propositum in confessione declaretur.

QUOD NOTORIUM IN BIGAMINOTIUS ORARE DEBEAT

Praeter byterum in nuptiis bigami prandere non conuenit.

CONCLL

Quia cum poenitentia bigamus egeat. Quis erit p[re]b[itu]s qui propter conuiuium talibus nuptiis possit p[re]bere consensum.

DE HIS QUI MULIERIBUS ADULTERIS IUNCTI SUNT.

Mulier cuiusdam adulterata laici confutata si euidenter arguatur. Talis ad ministerium cleri uenire non poterit. Si uero post ordinationem adulterata fuerit dimittere eam conuenit. Quod si cum illa cum uixerit ministerium sibi commissum optinere non poterit.

DE HIS QUI AD P[RE]SBYTERIUM PROMOUENTUR ET ANTE ORDINATIONEM PECCATIORIBUS CONSCIIIS.

Praesbiter si p[ro] occupatus corporali peccato proueatur. & confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit oblata non consecr[etur] manens in reliquis officiis propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt. per manus impositionem posse dimiti. Quod si de se non fuerit ipse confessus & argui manifeste nequiuertit potestati suae iudicio delinquatur.

DE DIACONIS SIMILIT

Similimodo & iam diaconus si eodem peccato subcumbuerit ab ordine ministerii subtrahatur. **QUO ET P[RE]B[ITU]S CONUENIATOR ORDINARI**

Pre[bi]t[er] ante tricesimum p[ro]tatisu[m] annum nullatenus ordinetur. Licet ualde sit dignus sed hoc tempus obseruet. Nam d[omi]n[us] in tricesimo aetatis suae anno baptizatus est & sic coepit docere.

DE HIS QUI IN EGRI TUO INE
BAPTISMA CONSECUNTUR

XII **S**iquis in egritudine fuerit baptizatus ad honorem p̄b̄i non potest promoueri. quia non exposito fide eius sed ex necessitate descendit nisi forte propter sequentes studium eius & fidem atque hominum raritatem talis possit admitti.

DE PRAESBYTERIS AGRO RUM

XIII **P**raesbyteri ruris in ecclesia ciuitatis ep̄o praesente uel p̄b̄i urbis ipsius offerre non possunt nec panem sc̄ificatum dare calicem que porrigere. si uero absentes hi fuerint & addandam orationem uocentur solidare debebunt. Chor ep̄i quoque ad exemplum quidem & formam septuaginta uidentur esse. ut cum comministri autem propter studium quod erga pauperes exhibent honorantur.

DE NUMERO
CERTO DIACONORUM

XIII **D**iaconi septem debent esse iuxta regulam licet & ualde magna sit ciuitas. Id ipsum autem & actum apostolorum liber insinuat. Conuenerunt autem in unum sc̄i & uenerabiles ep̄i in urbe cesarie id est. Vitalis. ualentianus. Germanus. geruntius. Gregorius. narcissus. Alfius. longinus. heradius. santus. Basilius salaminus. Leonatus. redus. Amfion. dicatus. Stephanus. heratus. Lupus. **ET CETERI QUI STATUERUNT SUPERIORA SCRIPTA.**